N. 1748.

CURRENDA X.

A. D. 1865.

Nr. præs. 59.

Epistola ab Ordinariatu Tarnoviensi ad Sanctis. Papam Pium IX ex occasione Encyclicæ ac Syllabi directa et Responsum Pontificium.

In nexu cum publicatione *Encyclicae* de 8. Dec. 1864 et *Syllabi* in Currenda hujate XIX a. e. nec non cum Litteris Nostris pastoralibus polon. de 23 April 1865 intuitu prælaudatorum Documentorum ac *Jubilæi*.. tenorem Epistolarum supra memoratarum Venerabili Clero communicandum esse censemus, e quibus jam fidem Nostram Catholicam, commiserationem, venerationem, fidelitatem ac gratitudinem erga Patrem Urbis et Orbis.... nec non Afflictissimi Patris hujus sensa in filios suos dissitos uberrima cognoscatis. Tenor utriusque est sequens:

I. Epistolæ Ordinariatus Tarnov.

„Sanctissime Pater!“

„Fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania;“ et „scinditur incertum studia in contraria vulgus.“ Nec mirum, in hæc impia studia coivisse eos, qui tribus abhinc sæculis veritati divinæ refragari ausi, e sinu Ecclesiæ ejecti, his temporibus more suo, quidquid sanum, quidquid salutare, quidquid Ecclesia sanctum et pietati conducens tuetur, damnare et proscindere præsumere; nec mirum, fabricatores ephemeridum plerosque perfidiæ hebraicæ asseclas, turpis lucri causa, depravato sæculi sensui famulantes scomata spuere, et mendacia in omne, quod est religionis catholicæ divinum, vibrare: ast mirabile dictu! eos, qui dulces nobiscum capiebant cibos, et in Domo Dei cum consensu nobiscum ambulabant, philosophicis commentis plus justo indulgendo aversa a creatore mente, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, repleti omni iniquitate, malitia et avaritia, errantes et in errorem seducentes audere in matrem suam Ecclesiam catholicam sævire; miserabile dictu! et vix humana mente concipi potest, qua ratione fiat, quod et „reges terræ et principes convenerint in unum adversus Christum“ et positi in sublimitate, ut ea, quæ ad ordinem, pacem et tranquillitatem in republica christiana pertinent, defendant, non modo sinistro sensu suo de rebus divinis perturbent mentes, sed et conniveant, imo, quod deterius, machinationibus Ecclesiæ catholicæ iniquis arrideant et adplaudant. O vere deplorandam rerum humanarum conditionem! eo enim deventum est, ut principes tædeat, partem habere cum Deo, tædeatque eos honoris, celsitudinis et sanctitatis coronæ suæ de unctione superna accedentis, præferantque potius ambire, ut evadant ludibria humanæ astutiæ. Quidquid remedii Ecclesia catholica huic morbo sanando adhibeat,

hoc furore quopiam averno aggrediuntur! Apparuit *Concordatum* pacis et concordiæ inter imperium et Ecclesiam æquum et certum fundamentum, et ecce! experti sumus, quam acri crisi subjectum et quantarum turbarum extitit incitamentum; apparuit nuperrime *Syllabus* et *Encyclica* de 8. Decembris 1864 et obstrependo cohors clangit tuba horrores, et inimicos ad pugnandum provocat, qui „qua data porta ruunt et terras turbine perflant.“ Ubique et in ipso scyrpo nodum quæ entes persæpe oderunt, quod plane non norunt, et rogati causam vaticani odii pandere, quod reponunt, est potius risu, quam refutatione dignum. Quid tamen rei subsit, quod adeo strepitosos excitent motus, qui potentes sunt iniquitate? Ecce magnitudinem animi et fortitudinis Sanctitatis Vestræ perhorescunt, et lucis veritatem, qua atra facies eorum conaminum revelatur! Illi quidem dissecentur cordibus et conscientia imbecillitatis suæ et vanitatis compungantur in cubilibus suis, vel proclament et lugeant in tectis machinationibus suis letale inflictum esse vulnus; verum nos, qui in conflictu variantium opinionum anxii hærebamus, timebaturque, fore, et electos in errorem induci posse, levavimus „oculos in montes, unde veniret auxilium nobis.“ A Domino factum est hoc, quod prælaudatis documentis vi superna suggestis Sanctissime Pater! subveneris nobis in angustiis positis. Damnasti errores et falsa commenta eversa. Orta luce in tuto jam ambulabamus, nec levis auræ obsequium sumus.

Nos inprimis Diœcesis Tarnoviensis pars aliqua potentis olim populi, qui orbi catholico præsidium adversus gelidum Aquilonem et asperam Orientis uredinem sese posuit, nihil sanctius et antiquius hac gloria habemus, quam nos progeniem et hæredes esse heroicarum virtutum majorum nostrorum prono animo et sanguinem pro religione catholica fundendi et in vicarios Christi obedientia, fidelitate et addictione eminentium. Nos inquam in Syllabo et Encyclica divina Spiritus Sancti effata reveremur, acceptamus, et omni data occasione pro veritate eorum pugnabimus. Quid Primas Ecclesiae catholicæ decidit, nobis pro deciso habetur; quid Sedes Apostolica damnavit et a nobis damnatur; quid erroneum et saluti noxium declarat, aspide pejus vitetur, verbo: Petrus locutus est, et fratres audiunt, atque omnis cum illis turba.

Nec turbamur animadversione eorum, qui amica consilia simulantes clamittant: Syllabo et Encyclica his irritabilibus temporibus scandala provocari, quia toto animo effatis Sti Gregorii et Magni Doctoris et Magni Pontificis subscribimus hoc obtutu dicentis: *Si quis etiam pronuntiata veritate scandalum pati videretur, tutius est scandalum admittere, quam veritati derogare.* Egit Sanctitas Vestra, quod egit divinus magister, qui etsi summus pontifex Annas scandalisaretur, dum divinitatem suam assereret, veritati tamen testimonium perhibuit. Quid aliud videmus in Petro de divina sua doctrina rationem reddente et coram consilio ad objurgationem pontificis respondente: *Obedire oportet magis Deo, quam hominibus*? Nos omnes et oves Christi et qui in curam solitudinis pastoralis vocati sumus, gaudemus, errores et nostro communi sensu male notatos, a Sanctitate Vestra damnari, et læto animo conspicimus, summum Pastorem nostrum nullis perversi mundi terriculamentis moveri et

intrepide satisfacere gravi muneri, quod Christus Dominus in Petrum devolvit dicendo: *Simon! Simon! Ecce satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum, ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.* O ter nos felices! quod militemus Christo sub tanto Pontifice, qui paratus potius animam pro ovibus ponere, quam conniventia vel taciturnitate eas in lubricum ponere, ut circumferantur omni vento doctrinae in nequitia hominum.

Ita denique grato corde Encyclicam Sanctitatis Vestrae, qua ad celebrandam Jubilaei devotionem provocamur, salutamus et omni cum reverentia suscipimus, nec non tempore opportuno, prout communi voto Antistitum provinciae decisum est, devotionem instituemus pro magno populi solatio, cooperabimurque, ut fructus bonos votis Sanctitatis Vestrae respondentes abundanter ferat. Praeprimis divinam majestatem ardentibus exorabimus precibus, ut Sanctitatem Vestram longam adhuc has inter procellas mundum exagitantes tantopere necessariam clementer ducere vitam concedat, ut filiorum omnium etiam discolorum ad patrem convertat corda, ut per totum, qua late patet orbem terrarum Sanctissime Pater ameris, quem admodum his in oris amaris, et nostrum maximum desiderium est, ut Tibi Sanctissime Pater omnem fidelitatem, obedientiam, addictionem et illimitatum maximae venerationis cultum omni tempore devoveamus. Tarnoviae die 4. Martii 1865.

Josephus Aloysius Pukalski,
Episcopus Tarnoviensis mpp.

Franc. Seraph. Szlósarczyk,
Præpositus Capituli, Official. et Infnl. mpp.

Joan. Bapt. Giedanowski,
Scholasticus mpp.

Michael Król,
Can. Paroch. Cathedr. mpp.

Joan. Cant. Mika,
Can. grem. mpp.

Stan. Kost. Jakliński,
Can. grem. mpp.

Mart. Leśniak,
Can. grem. et Rector Sem. mpp.

Laurent. Gwiazdoń,
Camer. Papal. Can. hor. Refer. Cons. mpp.

Joan. Figwer,
Cancell. Cons. mpp."

II. Epistolæ responsoriæ SS. Papæ.

„Pius PP. IX.

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Vehementer delectati sumus Litteris a Te, Venerabilis Frater, atque a Dilectis Filiis istius Cathedralis Tui Templi Canonicis die 4. proximi mensis Martii datis, quas nuper accepimus. Namque ex eisdem Litteris intelleximus, quanta laetitia, et reverentia a Te, et ab ipsis Canonicis fuerit excepta *Encyclica* Nostra Epistola die 8. mensis Decembris superiore anno ad omnes Venerabiles Fratres catholici orbis Sacrorum Antistites scripta, et *Syllabus* Nostro jussu editus.

Animadvertimus quoque nihil Tibi, eisdemque Canonicis potius esse, quam immobili fide, et observantia Nobis, et huic Petri Cathedrae firmiter adhaerescere, et ex animo rejicere. et damnare, quidquid a Nobis, et ab hac Apostolica Sede proscribitur, ac damnatur. Intelleximus item, Tibi eisdemque Canonicis summopere cordi esse omnia indesinenter suscipere consilia, ut isti praesertim fideles devitent, ac detestentur tot perniciosissimos errores impiasque doctrinas, quibus Dei hominumque hostes divinam nostram religionem si fieri unquam posset, labefactare, immo funditus evertere, et jura omnia divina et humana delere omnemque honestatem, virtutem, et justitiam de medio tollere commoliuntur. Equidem inter gravissimas, quibus premimur, acerbitates summo solatio, et consolationi Nobis fuere hujusmodi egregii Tui, et eorumdem Canonicorum sensus omnibus laudibus dignissimi. Itaque dum Tibi et ipsis Canonicis ex animo gratulamur, nihil dubitamus, quin luctuosissimis hisce christianae, civilisque reipublicae temporibus omnis a Te, et ab ipsis, Te duce, impendatur opera in catholicae Ecclesiae causa, ejusque doctrina ac juribus strenue tuendis, in tot nefariis adsersariorum insidiis detegendis, erroribus profligandis, conatibusque reprimendis. Ac etiam certi sumus, Te, Venerabilis Frater, pro eximia Tua religione, et episcopali zelo, nihil unquam intentatum esse relicturum, quo fideles Tibi commissi in catholicae veritatis professione magis in dies stabiles et immoti permaneant. Perge vero una cum Tuo Clero, Populoque fideli ferventissimas Deo adhibere preces, ut exurgat, et judicet causam suam, et omnes Ecclesiae suae sanctae, et Apostolicae hujus Sedis inimicos humiliet, disperdat, eosque de iniquitatis via ad rectum veritatis, justitiaeque tramitem reducat. Denique Tibi persuade, praecipuam esse, qua Te prosequimur, benevolentiam. Cujus quoque pignus esse volumus Apostolicam Benedictionem, quam effuso cordis affectu Tibi ipsi, Venerabilis Frater, et commemoratis istius Cathedralis Templi Canonicis, cunctisque aliis Clericis, Laicisque fidelibus Tuae vigilantiae concreditis peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 3 Aprilis Anno 1865.

Pontificatus Nostri Aanno Decimonono. Pius PP. IX. mpp.“

His Dilectissimi Fratres in Christo perlectis, procul dubio magis ac magis in fide Catholica et fidelitate, venerationeque erga Successorem Petri in vinculis, corroborati, excepistis lætabundi nuntium de *benedictione Apostolica* pro Vobis et populo fideli peramenter e Vaticano elargita, quam proxima occasione Parochianis Vestris significetis nec desistatis, eos in fide sanctæ Matris Ecclesiæ, conformiter tenori utriusque Documenti, ultro consolidare, ad preces enixas pro incolumitate Principis Magisterii Apostolici, ac populi fundendas commonere, demum Vosmetipsos in militia pro aris continuo exercere, hostesque Ecclesiæ prosternere.

E Præsidio Episcopali.

Tarnoviæ die S. Stanisl. Eppi Mart. 1865.

Nr. 1699.

Quæ Curatiæ a persolvendo tributo æquivalente liberatæ sunt.

Responsio e Rescripto Exc. C. R. Locumtenent. Commissionis Cracov. die 29. Apr. a. c. N. 9930. Circulari elucet in sequentibus:

Über den Vorgang rücksichtlich der Entrichtung des Gebühren Äquivalentes von den geistlichen Pfründen des Krakauer Verwaltungsgebietes und von den Modalitäten der Übertragung dieses Gebührenäquivalentes auf den Religionsfond, wurde dem h. Staatsministerium die verlangte Anzeige von der k. k. Statthalterei Commission dahin erstattet, daß dieses Äquivalent im Sinne des Gesetzes vom 13. Dezember 1862.

a) bei den über 315 fl. ö. W. jährlich dotirten Pfründen unmittelbar von den Benefiziaten eingehoben.

b) bei jenen die nicht über 315 fl. dotirt sind, gar nicht entrichtet und

c) bei jenen, welche mit Einschluß der Congruaergänzung mit 315 fl. dotirt sind, aus dem Religionsfonde von Fall zu Fall über Einschreiten der k. k. Finanz Landesbehörde durch die betreffende Sammlungskasse an das k. k. Steueramt berichtigt wird.

Das h. k. k. Staatsministerium hat diese Anzeige unterm 28. März 1865 Z. 2419/C. M. mit dem Beifügen genehmigend zur Kenntniß genommen, daß hinsichtlich der persönlichen Befreiung geistlicher Pfründner von der Entrichtung des Gebührenäquivalentes. die Bestimmungen des Finanz Ministerial Erlasses vom 28. Februar 1864. Z. 52591. (Finanzministerial Verord. Bl. Nr. 15. S. 163.) nicht außer Acht zu lassen sind, und daß, nachdem eine Verpflichtung des Religionsfondes zur Ergänzung der Congrua nur bei jenen kirchlichen Pfründen, welche in Folge der Pfarrregulirung neu errichtet worden sind, keineswegs aber auch bei alt gestifteten besteht, dem Religionsfonde auch die Entrichtung des Gebührenäquivalentes von dem Vermögen alt gestifteten Pfründen nicht obliegt.

Dies wird den politischen Unterbehörden und den hochwürdigen Consistorien bekannt gegeben. Krakau am 29. April 1865.

Hæc pro grata aut ingrata notitia. Tarnoviæ die 10. Maji 1865.

N. 1474.

Libelli de progressu Missionum in Terra sancta mittuntur, et protectio ulterior commendatur.

Ven. Commisariatus Generalis Missionum *Terræ sanctæ* Litteris d. 11. Apr. a. c. Vienna ad Nos devolutis, 120 exemplaria tomuli VIII. de Missionum progressu inter V. Clerum dividenda submiserat, Dioecesique Tarnoviensi ob annuum subsidium collaudationem, gratiarumque actionem ob quotam 313 fl. 85 1/2 x. V. A. in libellis exhibitam adjunxerat.

Volvite Annales hos ·/. de consolidatione Regni Christi in cunabulis Ejus, in Palaestina... Fratres Dilecti! ac populum fidelem de his informatum ad contributionem ulteriorem piam exstimulate. Tarnoviæ 20. April. 1865.

Nr. 1616.

Collectio pro Communitate Szumlau, incendio ad incitas redacta commendatur.

E Rescripto Exc. C. R. Presidii Locumtenentialis Leopol. sequenti **Ven. Clerus** percipiet notitiam de infortunio memoratæ Communitatis.. quod ita sonat.

„Am 23. d. Mts wurde die deutsche Kolonie-Gemeinde *Szumlau* Jaworower Bezirks, Przemysler Kreises von einem verheerenden Brandunglücke heimgesucht. In den Vormittagsstunden des gedachten Tages brach in dem dortigen Wirthshause Feuer aus und äscherte das Gebäude gänzlich ein.

Die geretteten Effekten wurden bei dem Szumlauer Grundwirthen Peter Huget hinterlegt und man glaubte allgemein der Gefahr entgangen zu sein. Zwischen 2 und 3 Uhr Nachmittags brach aber in der Scheuer des Huget und seines Nachbars plötzlich Feuer aus und griff ungeachtet aller angewandten Rettungsmittel mit solcher Heftigkeit um sich, daß binnen einiger Stunden die Wohn- und Wirtschaftsgebäude von 18 Grundwirthen und 2 Häusler sammt den in denselben vorfindigen Haus- und Ackergeräthschaften, Getreide- und Futtervorräthen, Kleidungsstücken, dann die Ortsschule mit der Lehrerswohnung, und die evangelische Kirche ein Raub der Flammen wurden.

Der durch dieses Brandunglück an Gebäuden angerichtete Schaden beträgt ungefähr 25000 fl. ö. W. Ein gleicher Betrag dürfte der an Gerätschaften, Kleidungsstücken und Vorräthen angerichtete Schaden erreichen.

Von der ganzen Kolonie sind nur 6 Grundwirthe vom Feuer verschont geblieben und die Noth und das Elend der in wenigen Stunden brod- und obdachlos Gewordenen st unnennbar groß, zumal die Feldsaaten noch nicht bestellt sind und das hiezu bestimmte Aussaatgetreide in den Flammen zu Grunde gegangen ist. Hiebei ist auch der Verlust von Menschenleben zu beklagen, indem 7 Gemeinde Insassen bei der Rettung ihres Habes den Flammentod gefunden haben.

Falls für die Verunglückten nicht in nächster Zukunft in ausgiebieger Weise gesorgt wird, so gehen sie der größten Noth entgegen.

Ich sehe mich demnach veranlaßt, in dem Lemberger und Krakauer Verwaltungsgebiete eine Sammlung milder Gaben zu Gunsten der Szumlauer Abbrändler auszuschreiben und gebe mir die Ehre, das hochwürdige Consistorium um die Verfügung zu ersuchen, daß den mit der Durchführung dieser Sammlung betrauten politischen Behörden Seitens der Geistlichkeit eine kräftige Unterstützung gewährt, und auch von dieser Letzteren selbst gesammelt werde.

Die eingehenden Beträge sind ohne den Ausgang der ganzen Sammlung abzuwarten, von 14 zu 14 Tagen an den Herrn Bezirks-Vorsteher zu Jaworow zu leiten. Lemberg am 27. April. 1865. Paumgarten"

Iterum Dilecti in Christo Fratres provocamini ad misericordiam, una cum populo fideli. *Date et dabitur vobis..* personet in conventibus Vestris, collecta vero consueta via ad Nos pertiugere faciatis. Tarnoviae 4. Maji 1865.

L. 1119.

Wykaz rzeczy w Dekanacie Nowo-Sandeckim r. 1864 na ozdobę Domu bożego i ku pożytkowi JXX. Plebanów przybyłych i t. d.

I. Chomranice. JKs. Pleban Lewicki sprawił do swego kościoła: a) *kapę* koloru fioletowego, b) *ornat* fioletowy, c) *ornat* biały i d) odnowił jeden ornat biały, na co wydał z swojéj oszczędności 126 złr. w. a.

II. Jakóbkowice. JKs. Pleban Gabryelski sprawił: a) dwie nowe *kropielnice* przed wielkie drzwi kościoła z kamienia w formie wazonów, b) *chrzcielnicę* kamienną, c) dał wyreparować kapy, ornaty, bieliznę, d) odnowić formę do pieczenia opłatków i pieczęć kościelną e) sprawił dwa okna nowe do kuchni, f) dał nowe progi w stodole, nowe wiadro do studni, ogrodzenia ponaprawiał, na to wydał przeszło 80 złr. a. w. do tego wydatku przyczyniła się fundacyja 34 złr. 17 kr. dobrowolne ofiary 13 złr. 80 kr. g) JW. Pani Baronowa Walerya Przychodzka własnoręcznie zrobiła dwa antypedia na kanwie włóczką w bardzo piękne kwiaty wyrabiane, których wartość do 40 złr. w. a. dochodzi.

III. Kamionka wielka. Sprawiono: a) dwa olejne *obrazy* przedstawiające św. Apostołów Piotra i Pawła, b) przeciągnięto 6 obrazów w Ołtarzach firnisem, c) zreparowano dachy nad szpichlerzem, wozownią i szopą d) zrobiono chodnik kamienny ze sieni ku stajniom, e) Tomasz Swigat sprawił firanki do ołtarza — na to dobrowolne ofiary wyniosły 17 złr. 28 kr. a JKs. Mieszczak Pleban dodał 14 złr. 10 kr.

IV. Męcina. Sprawiono: a) kapę białą, b) ułożono posadzkę kamienną przed wchodem do kościoła i zakrystyi, c) wystawiono parkan na podmurowaniu koło Plebanii. Na to wpłynęło z ofiar dobrowolnych 60 złr. z oszczędności JKs. Plebana Wąsikiewicza, 28 złr. 40 kr. a. w.

V. Mystków. a) Odsrebrzono 6 lichtarzy, b) sprawiono ramę do okna w kaplicy, dano szkło kolorowe i białe, c) sprawiono nakrycie na chrzcielnicę, d) zreparowano obraz przy chrzcielnicy, e) zrobiono dwa gradusy kamienne do ołtarzy pobocznych — na to dobrowolne ofiary złożyli parafianie 24 złr. a JKs. Sarna Pleban 7 złr. a. w.

VI. Pisarzowa.

VII. Nowy Sącz. Sprawiono: a) 6 alb nowych, 15 humerałów, b) ornat żałobny, c) restauruje się cała budowla kościoła — wydano na to już 6120 złr. a. w. na to wpłynęło z ofiar dobrowolnych 90 złr., z oszczędności JKs. Machaczka Proboszcza 30 złr. z konkurencyi 6000 złr. a. w.

VIII. Tęgoborza. a) Wystarano się o Breve indulgentiarum b) sprawiono altare portatile, c) wystawiono budynek dla czeladzi — na to wydał JKs. Wieczorek Pleban 22 złr. konkurencyja 999 złr. a. w.

IX. Ujanowice. a) Ułożono nową posadzkę w kościele kamienną, b) sprawiono nowe ampułki cynowe, c) przelano krucyfiks cynowy, d) sprawiono firanki przed N. Pannę. Na to wpłynęło z dobrowolnych ofiar 15 złr. od JKs. Głombińskiego Plebana 4 złr. z konkurencyi 203 złr. a. w.

Kamionka mała. a) zwieziono i obrobiono kamienie do posadzki w kościółku b) kupiono kawałek gruntu na cmentarz dla Kamionki, wydano na to 125 złr. ze skarbony kościółka, z konkurencyi 70 złr. w. a.

X. Wielogłowy. Wozownią i szpichlerz wystawiono, równie i stajnie na konie za 800 złr. na to konkurencyja dała 650 złr. a JKs. Rybicki Pleban dodał koło 150 złr. w. a.

XI. Zbyszyce. a) Reparowano budowlę kościoła, dzwonicy, szpichlerza b) sprawiono firanki do ołtarza Matki Boskiéj, c) dwie chorągiewki, d) ornat czarny i albę z łaski W. Pani Zdanowskiéj, e) tuwalnię f) rzemień do sygnatury, g) chorągiew czyli sztandar, h) dwa lichtarzyki mosiężne. Na to wydano z dobrowolnych ofiar 134 złr. Ks. Pleban dodał 5 złr. a konkurencyja 900 złr. w. a. i JKs. Hełpa Pleban dawał wikt cieślom.

Hojne błogosławieństwo Boże niech spływa na tych wszystkich, którzy za codzienne dary Boże wywdzięczyli się takiemi datkami.

Tarnów d. 16. Mar. 1865.

N. 1463 et 1693.
Piis ad aram suffragiis commendantur:

Animæ duorum rursus Presbyterorum, i. e. p. m. A. R. Joan. Kollarik Capellani localis in Koszarawa, ann. 65 et sacerd. 36 sodalis repente 10 April. ante horam 7. mane et R. Joan. Bogdanik ætat. 42 et sacer. 10 an. post diuturnam infirmitatem, Sacramentis provisi, 2. Maji a. c. demortuorum... Pro anima prioris insuper Consodales Confratern. pro f. o. Missae sacrificium litare tenentur.

E Consistorio Episcopali,

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae die 10. Maji 1865.
JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviæ & Jasło. Typis Anastasii Rusinowski, 1865.